Poſt Patrem Hic porrò Natos diademate Boio
Imbuit auguſtâ tranſitione duos.
Sed Nato FRIDERICHE *Tuo quia Metropolis dat*
PRAGA, *Tui ſub ſceptri ordia prima, larem:*
Vaticinor: PRAGAM *poſt Te Ille thronumque tenebit*
Opidaque & populos, cum populisque fidem.
Immò (prius niſi decretoria buccina clanget)
Natorum Nati, quique orientur ab his.

FINIS.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA WROCŁAW

4E 1,1134.

Acclamationes
ad
Sereniſſimum ac potentiſſimum
Principem ac Dominum
Dominum

FRIDERICUM
BOHEMIÆ REGEM, COMITEM PALATINUM AD RHENUM, S. R. IMP. PRINCIPEM ET ELECTOREM, DUCEM BAVARIÆ, MARCHIONEM MORAVIÆ, DUCEM SILESIÆ ET LUCEMBURGI, MARCHIONEM LUSATIÆ, &c.

Cum Inclutam Sileſiæ Metropolin
VRATISLAVIAM
JEHOVA duce & omnibus piis congratulantibus feliciter ingrederetur.

DIVO EJUS NOMINI
exhibitæ
à
ſubjectiſsimo cliente
MARTINO LAUDANO Vratisl.
Lib. art. & Phil. M.

WRATISLAVIÆ,
Typis exſcribebat Georgius Bauman.
Anno 1620.

10.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA WROCŁAW
v. Rhediger'sche Stadt-Bibliothek zu Breslau
Gabinet Śląsko-Łużycki
80041/13 GŚK

I.

PLaude SILESIA, adeſt tibi REX,
mea SLESIA plaude,
REX tibi FRIDRICVS, plau-
de SILESIA, adeſt.
Te DEVS hoc tanto dignatur, SLESIA, RE-
Quanto viſa minus digna ſat eſſe diu. (GE,
Plaude SILESIA, habes REGEM, mea
SLESIA plaude,
REGEM FRIDRICVM, plaude SI-
LESIA, habes.
Ferrea jam ſatis es perpeſſa SILESIA tandem,
Aurea FRIDRICVS nunc tibi Secla feret.
Plaude SILESIA, erit tibi Pax, mea SLESIA
plaude,
Pax optata diu, plaude SILESIA, erit.
REX vivat, vivat FRIDRICVS, floreat &
PAX,
Hic VNVS vireat, hæc vigeantq́ TRIA!

REGE pio multum felicia regna fuerunt:
Hoc ergo felix REGE SILESIA eris.
REX pius hic vivat, ſic diſponente JEHOVA,
Vivat FRIDRICUS, creſcat & imperium!
Auguſta populi creverunt pace fruentes:
FRIDRICO REGE SLESIA qvanta clues?
FRIDRICUS vivat ſit fatis hoc ita viſum,
REX & pace fruens augeat imperium!

II.

CAROLUS ô FRIDRICE tui qvi ſangvinis autor,
Nobile ROMANI qvi caput ORBIS erat.
CAROLUS ille fuit PRIMUS nec nomine tantum,
Sed re: non ulli laude ſecundus erat.
CAROLUS ille ſuis ſubjectis parcere novit,
Et potuit bello quosq́ domare feros.

CA-

CAROLUS ille ſuis Magnum de rebus habebat
Nomen, qvas forti geſſerat usq animo.
En FRIDRICE Nepotū ejus ſtirps magna, BOHEMI
Jam qvoq ſunt regni tradita ſceptra tibi.
Tu FRIDRICE, etiam PRIMUS, nec nomine tantum es,
Sed re: non ulli cedere laude potes.
Tu FRIDRICE etiam ſubjectis parce, ſuperbos
Debella, atq hoſtes deprime qvosq feros.
Tum FRIDRICE tuis Magnum de rebus habebis
Nomen, qvas forti geſſeris usq animo.
CAROLUS & ROMANIS qvod fuit ille, BOHEMIS
Tu fies, MAGNUS nam FRIDERICUS eris.

III.

QVi dicunt hominem Probitas, Prudentia, Virtus,
Qvantum ornent, Curium, Neſtora, Achillea habent.

Hos

Hos multum laudant, & in his tribus hæc tria monſtrant,
Atq; ad tres unum pluribus ire jubent.
Qvantum ornent dicens Probitas, Prudentia, Virtus,
FRIDRICVM REGEM laudo BOHEMIÆ Ego:
HUNC Ego SOLUM adduco, & in HOC UNO hæc tria monſtro,
Adq; UNUM cunctos ire brevis jubeo.
Nempe ita par VNVS tribus eſt his, ex tribus VNVM,
Si velit, ut neqveat deligere IPSE parem.

IV.

JOVA eſt REX, REGESq; DII, FRIDRICE, vocantur,
Officium REGIS officium ergo DEI eſt.
Sis DEVS, & terram pacatam redde BOHEMAM:
Sis DEVS, ac hoſtes contra, tuere tuos:

Sis

Sis DEVS, atq; diu ſuppreſſos erige tandem:
Sis DEVS, è celo juſtitiamq; voca;
Et qvæ cætera ſunt divino congrua juri
Urge, fungeris officioq; DEI.

V.

REX dare multa poteſt, Ego tantum poſcere votis,
Vota ſed hæc fuerint ſi rata, ſat dedero.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA WROCŁAW

PACIS ODOR,
nimirum,
Inſignis & verè Chriſtiana
Sereniſſ. & Potentiſſ.
Principis ac Domini,
DN.

FRIDERICI
DEI GRATIA REGIS BO-
hemiæ & Comitis Palatini ad Rhenum,
Ducis Bavariæ, Sileſiæ & Luceburgi, Marchionis
Moraviæ ac Luſatiæ, &c. S. Rom. Impe-
rii Electoris & Vicarii,

Pietas, in ſusceptâ nuper ab illo Regni Co-
ronâ & Curâ elucens;
Una cum Votivo applauſu &
Gratulatione lætabundâ,
Qvando VRATISLAVIAM Sileſior.
A. MDCXX. M. Febr. d. 23.
ad acceptandum Homagium,
Maximâ cum pompâ & feſtivitate,
ingrediebatur;
Humilimæ ſubjectionis ac debitiſſ.
affectionis conteſtandæ ergò
Carmine breviter adumbrata, celebrata
& decantata
â TOBIA LIBALDO Sil. Ph. & Med. D.

4E1,566